



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 3. Judices am Imperatore delegantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. triviis, sicut antea, resonabant, his gemi-  
 A. C. 387. tus, preces, benedictiones successerant.  
 Clausæ erant tabernæ, & tota civitas in  
 Ecclesiam mutata videbatur.

## §. III.

*Judices ab Imperatore delegati.*

*Gothofr.* Interim Antiochenorum Seditio ad no-  
*Chr. Cod.* tiam Imperatoris adhucdum Constan-  
*Theod.* tinopoli agentis initio anni 387. devenit  
*Soz. VII.* Primum hos tumultus, ob cursorum tar-  
*e. 23.* ditatem, publicus rumor ad aulam detu-  
 lit; Imperator Theodosius, in primo ira-  
 cundiæ ardore, civitatem omnibus suis  
 juribus privare statuit, & Dignitatem ur-  
 bis Metropolitanæ Syriæ, totiusque Ori-  
 entis transferre Laodiceam jam dudum  
 Antiochenæ potentiae æmulam. Illico  
 Antiochiam misit Ministrorum duos, Hel-  
 lebicum Militiæ, & Cesarium officiorum  
 Magistrum, qui diligenter in reos inqui-  
 rerent, & aliis nocentiores punirent.  
*Chry. hom.* Hos, cum medianam viam confecisset, ob-  
*20. p. 227.* vios habuit Flavianus, & comperto, qui-  
 bus mandatis Antiochiam irent, lacry-  
 marum torrentem effudit, precesque ad  
 Deum geminavit, gregis sui afflictionem  
 prævidens. Judicum adventus totam ur-  
 bem terrore implevit. Hanc omnibus  
 privilegiis exutam declararunt, Theatri  
 spectacula, & Hippodromi interdixerunt,  
 claudi balnea jussérunt, quod in calidis  
 Regio-

Regionibus haud levis pœna. Tum in Sæculum IV.  
reos inquirere cœperunt, maxime in Se- A. C. 387.  
natores, & Magistratus, quod seditionem <sup>hom. 14. p.</sup>  
non repressissent. Omnis populus, qui <sup>166.</sup>

in urbe supererat, ad portam Palatii, quo <sup>Chrys. hom.</sup>  
novum Tribunal erexerant, conveniebat. <sup>13. p. 148.</sup>

Hic miseri cives alter alterum intueban-  
tur, nec audebant colloqui, quod nullus  
alterius fidei se credere vellet, nam ali-  
qui ex eis inexspectato apprehensi, & in  
hoc Palatio inclusi detinebantur. Ergo  
silentes adstabant, levatis in Cœlum ocu-  
lis, manibusque, Deum orantes, ut cor-  
da judicum fletteret. Intus stabant ar-  
mati gladiis, & fustibus, silentium præci-  
pientes, & præcavere jussi, ne delatorum  
uxores, & propinqui quid turbarent. In-  
ter alios mater, sororque unius ex his  
miseris visebantur ad ostium triclinii, in  
quo delati examinabantur, sedentes, quæ  
licet antea inter præcipuas civitatis fæ-  
minas locum occuparent, ibi tamen solæ  
erant, neglectæ, vultumque, ut pudorem  
minuerent, obvelabant. Extra portam  
exaudiebant Judicum minas, carnificum  
voces, flagellorum sonitus, gemitus, &  
ejulatus eorum, qui torquebantur; au-  
diebant, & doloris acerbitate dissecaban-  
tur corda earum. Ipsi Judices, viri hu-  
manitatis, & virtutis amantes, commis-  
ratione in miseros, quibus malum infere-  
bant, tangebantur. Sole ad occasum in-

H h h 4      clinato,

Sæculum IV. clinato, foris stantes exspectabant exitum,  
A. C. 387.

& ferventia vota ad Deum mittebantur, ut Judices, sententia dilata, rem deciden-  
dam Imperatoris arbitrio remitterent. Tandem rei, ferro graves, in carcerem  
missi. Itaque viri, qui datis spectaculis  
populum oblectaverant maximis impe-  
diis, & spectatissimis Reipublicæ muneri-  
bus fungebantur, per forum a satelliti-  
bus ducebantur. Bona eorum a Filio  
tollebantur; signa & effigies Cæsaris an-  
te eorum domus explicabantur. Uxores,  
domibus suis ejectæ, refugium require-  
bant, quam invenire ægre poterant, quod  
quisque eas recipiendo seditionis parti-  
ceps fuisse videri timeret.

#### §. IV.

##### *Monachi, auxilium Antiochenorum.*

**Sup. XVII.** Tunc Monachi, in vicinia urbis Antio-  
**§. 7. hom. 17.** chenæ habitantes, ex montibus suis  
**p. 193** descenderunt; cavernas, aut tuguriola,  
plurimorum annorum sedes, relinquunt,  
in urbem sua sponte commeant, ut affi-  
ctos consolarentur. Satis erat corpora  
sua ostendere, ita austерitate vitæ exte-  
nuata, ut solus aspectus sacerularibus vitæ  
contemptum inspiraret. Diem totam  
ante Palatii fores perstiterunt, virili con-  
stantia judicibus loquebantur, & pro no-  
centibus deprecabantur, dicentes, se an-  
te non discessuros, quam Judices huic  
populo